



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XII. Novembris. S. Benedictvs. Mathævs. &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SBENEDICTVS. MATTHÆVS, IOANNES, ISAAC, CHRISTIANVS, BARNABAS Monachi Breunouientes, yti vitæ sanctitate celebres, ita tamen celebritate hominum minimè gaudentes, desiderio solitudinis ex Bohemiâ in Poloniâ secedunt, extructoq; tuguriolo ex lignis coagmenatum sacellum sibi constituant, ibi durissimam agentes vitam, soliq; Deo vacantes. Quare Meschonem Poloniæ Principem inuasit cupidus videndi & alloquendi viros exrumore sibi laudatos. Vbi ad latebras eorum peruenit, & Sacellum, in quo sacratissimam hymnos, introit, affusâ subito oculis & animo suo religione, perinde est permotus atq; si introuisset penetrale numinum, non hominum. Deniq; illos velut præsentia numina veneratus est, tractauitq; liberaliter pecunia oblatâ, quam etiam illis inuitis abiens reliquit, præsidium future inopis, quam summam adesse cernebat. Sed enim illi, qui non adumbratam, sed solidam colebant paupertatem, accersito BARNABA, quem panis & oleris dispensationi præfecerant, tollere exitiale pecuniam, & ad Meschonem continuo referre iubent. Abeunte BARNABA superueniunt latrunculi quidam, & in tugurium nocte irrumpunt, quæsitaq; inibi, & non inuentâ Principis pecuniam, iram & furorem in cædem, insontium virorum conuertunt: occisi ad vnum omnes ac solum BARNABAS per absentiam incolmis est seruatus; qui nihilo minus sui similis permanens, vitam, quam cœpit colere, puram inculpatamq; ad fatalem usq; diem seruare non desuit, & ipse quoq; in tombâ Gnesna, in quam ante se interfecti sodales elati sunt, conditus est. Cæsi sunt pij Christi cultores circiter anno MX. prid. Id Nou.

Ex Dubran. hist. lib. 6.

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS
ALTAIENSIS
M.D.

VOL. II

4 T

S.BENE-



S. BENEDICTVS ET IOANNES MATHÆVS.
ISAAC CHRISTINVS MARTYRES ET BARNABAS
ABAS CONFESSOR ORD. S.BENEDICTI IN BOLONIA.

T 3

II. NO-